# Arrest du Parlem.t

Qui

23. Août 1353.

Cum Nos dilectis et fidelibus
Gentibus Nostris Camerae Com-
potorum parisiensis Mandassem.
per Litteras Nostras quod ad-
adimplerent certas Litteras per
Charissimum progenitorem nostrum
Bernardo Boet et Joanni
Faisoli Concessas inter caetera
continentes quod cum Ipsi
Bernardus et Joannes fide
jussores extitissent una cum

Joanne de hospitali et Petro Rolandi
de Fluneti Joannis dicti Boeuf
Gubernatoris quondam Monetae
Nostrae Lemonicensis, et quia
dictus Petrus Rolandi qui guber-
nationem dictae Monetae pro
dicto Joanne Boeuf gerere et
supportaverat de Moneta certorum
Mercatorum dictam Monetam
frequentantium; videlicet Heliae
~~Gadrum~~ Garant Andreae Jauberti
Marcelli Boyel Mathei Lamy
Laurentij de Lieu Joannis et
Mathei Lerbotin usque ad
summam tresdecim centum
librarum turonensium vel circa
Gubernatores et Magistri Mone-
tarum nostrarum Commiserant
Guillelmo de Orgereto et aliorum
Sorterij servientibus nostris ad
Exequendum super praenominatis
videlicet junioribus et quolibet ipsorum

dictam summam virtute
quarum Litterarum ac etiam
certarum Litterarum dictæ
Cameræ Compotorum ipsi servi-
entes licet prædictos Petrum
Rolandi et Joannem de hospitali
de certa summa ipsis mercat-
toribus fuisset satisfactum, Et
quod dictus Rolandus debitor
principalis erat bene ad valorem
solvendi residuum dictæ sum-
mæ una cum expensis formam
suæ commissionis excedendo
ipsos Bernardum et Ponsetum
Imprisionaverant, et plura
bona mobilia ipsorum vendide-
rant et licet etiam prædictæ
una cum certa summa pecu-
niæ per ipsos Bernardum
et Poncetum certis servientib.
seu eorum mandato traditæ
plus ascenderant quam dicta

Summa debita nihilominus
Ipsi Servientes certa hoereditagia
ipsorum Conquoerentium vendi
fecerant, et tamen de dictis
Servientibus rationem nec com
potum habere poterant, ut
dicebant dicti Conquerentes,
Supplicantes Sibi super hoc de
remedio provideri opportuno,
quare mandabatur et Committe
batur dictis Servientibus nostris
ac aliis Evocandis ipsos Ser
vientes compellerent ad reddendum
Compotum dictis conquerentibus
et si reperirent dictas tresdecim
centum Libras una cum
Expensis rationabilibus ipsorum
Servientium esse Solutas absq;
venditione dictorum hereditagiorum
ipsam venditionem annullarent
virtute quarum Litterarum dictis
Servientibus ac mercatoribus

ex parte una. et dictis conquoe
rentibus ex altera coram dictis
gentibus comparentibus fuissent
plures rationes praepositae et tra
ditae hinc Inde, videlicet pro -
parte dictorum conquoerentium -
inter caetera ad finem quod -
dictae litterae adimplerentur et
quod dicti servientes et merca
tores in Eorum Expensis condem
narentur, et pro parte dictorum
servientium et mercatorum -
Inter caetera ad finem quod
dictae Litterae subreptitiae pronun
ciarentur, Et quod Ipsi conquoeren
tes in Eorum Expensis condem
narentur ipsisque rationibus
una cum pluribus aliis Litteris
Instrumentis et processibus hinc
Inde traditis et ad judicandum
de consensu Ipsorum receptis post
modum que de Mandato nro

ad Curiam Parlamenti nri una
cum partibus remissis et ad
judicandum Ibidem receptis, liis
visis et diligenter Examinatis
per judicium dictæ curiæ nræ
dictum fuit quod dictæ Litteræ
sunt subreptitiæ et quod venditio
dictorum hæreditagiorum et decre-
tum super hoc traditum valent
et tenent et per idem Judicium
dicta Curia prædictos conqueren-
tes in Expensis hujus causæ
dictis mercatoribus et servientibus
Condemnavit Taxatione ipsarum
ipsi Curiæ reservatâ xx.iij. die
augusti. Liij°./.